NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
4. Viertel 12. Jh.
Seite 67v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36550
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in patre · et quidem filium uidet et patrem · et quia pater et filius unum sunt ·
ex duabus decimis simile mundo obtulit unum panem · panem uero quem
dat huic mundo · Heretici non faciunt de duabus decimis unum panem ne-
gant · ex patrem dominum patrem esse esse · neque uetus et nouum testamentum unum fa-
ciunt panem et unum spiritum uinumque instrumento profitentur · nos autem in lege et euan-
geliis unum atque eundem esse spiritum sancti dicimus · istoque modo ex duabus decimis
unum panem propositionis offerimus · Qui quidem separant a patre
patre suo · heretici uidelicet quod solum patrem recipiunt · et filium ac sapiam eius non
recipiunt · non faciunt ex duabus decimis unum panem · Nos autem insinuare
quidem ipsi · et substantiam nomen uel rationem comprehendere · aut inuenire non
possumus · existentes tamen patrem et filium unum facimus panem ex duabus decimis ·
non ut panis unus ex una decima fiat et alius ex alia · ut sint ipse duae deci
ut mae separatae · si sint duae istae decimae una massa et unus panis · Quomodo duae
decimae una massa fit · Quia non separo filium a patre · nec patrem a filio · Qui enim
uidet me inquit · uidet et patrem meum · fiunt quidem panes singuli ex duabus
decimis et proponuntur duabus propositionibus · et duobus ordinibus · Si non una posi
tio fieret · confusus et permixtus esset sermo de patre ac filio · nec autem unus quidem
est panis · una uoluntas est et una substantia · si duae propositiones · et duae
personae propietates · illum non patrem quem non sit filius · et hunc dicimus filium quem non sit
duas pater · et hominem decimas in panem seruamus · et duas propositiones ante dominum
profitemur · Si reuera magnum ut ita dicam cuidam pistoris et alde artifici
osi et diligenti istas seruare mensuras · et ita temperare de patre et filio
sermonem coniungere ubi oportet · et rursum ut cooperit separare · ut neque
duae mensurae aliquando desint · neque umquam non unus panis appareat ·
Duodecim quidem panes ex ista simila fieri mandantur · secundum numerum tri
buum quem ex eiusmodi carnalis istri in quo modo uidetur forma totius naturae rationa
bilis coniuncti · Duodecim namque putantur esse generales ordines rationabi
lis creaturae · quorum figura erat in illis xii · tribus · in quibus erat unus quidem ordo
regalis quem iudas nominatur · alius erat ordo sacerdotalis et leui appellabatur ·
Erat autem alius ordo iudae uicinus quem benjamin dicitur · in quo ordine templum dei et
altare collocatum est · Alius isachar · et zabulon · et effraim · aliique quos nomi
nati designat scriptura diuina quorum rationem non est nec tempus explica
re · est tamen unum cuique typus uel ordinis panis ante dominum · licet sit aliquem